

ſentiali vnione; etenim ſi non potest vniri cum parte perfectibili spirituali, & ſine illa potest omnes suas operationes exercere, multo minus indigebit parte perfectibili corporea, cum qua nullam habet proportionem, niſi genericam, ſcilicet in ratione entis ſubſtantialis, quod dici non potest ſalua fide catholica. Vnde concedo, quod anima rationalis poſſit suas operationes ab ipso corpore exercere (vel ſaltem multas; tamen actiones corporis cum ipſo corpore operatur, ſicut corpus cum ipta. Neque nouum eſt, vt dixi de existentia materiae. q. 3. ſect. 2. ſubſect. 3. & 4. dicere, quod materia prima de ſe poſte habere suas actiones, & exercere suas paſſiones independenter a forma, quia una eſt cauia alterius, vt dicam inferius; cauæ namque intrinſecæ compoſiti ſunt ſibi iuicem cauæ, eo modo quo rationem cauæ haberet poſſuerat; materia ergo ſimul cum forma, ſiuè pars perfectibilis ſimul cum perfectiua, concurrūt ad ſensibiles operationes compoſiti, & ad illas recipiendas.

34 Dices, tale compoſitum eſtet corruptibile; atqui hoc eſt contra naturam rei spiritualis; ergo non eſt concedendum tale compoſitum.

Respondeo, diſtinguo maiorem; eſtet corruptibile quoad co- niuentionem, concedo; quoad partes eſſentiales enitatiue, nego maiorem; & minorem diſtinguo; primum eſt contra naturam rei spiritualis ſimplicis, concedo; contra naturam rei spiritualis compoſitæ, nego; elementa componunt totum physicum corpus; ipta ſunt ingenerabilia, & incorruptibilia, & nihilominus totum corrumpitur, non quidem quod partes eius, videlicet elementa illud componentia corrumpantur, ſed totum, quia diſſoluuntur; ita in caſu proposito eueniret, nec malè dicerem, ſo negare in absoluto maiorem; nam celi constant ex materia & forma, ſiuè ex parte perfectibili & perfectiua, & tamen celi non corrumpuntur; neque in homine anima rationalis corrumpitur, neque materia prima, quia eſt ingenerabilis & incorruptilis, quæcumq; illa ſit; ſolum ergo unio intrinſeca perit, quoad ſuum actum exercitum, vt ſupra dixi cum de vnione in hac q. 1. ſect. ii. ſubſect. 1. a n. 8. uſque ad 21. inclusuē. quare ma- le euertitur ab aduersarijs consequentia.

Obijecies, ens spirituale eſt ens ſimplex; ergo nullo modo adiuitit compositionem ex materia & forma physica, etiam ſi tantumtales spirituales ſint.

Respondeo, diſtinguo antecedens; ens spirituale eſt ens ſim- plex